



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt an Betekin von Ost Hebungen aus dem
Dorfe Wugarten, am 5. Januar 1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXII. Markgraf Ludwig verschreibt an Betkin von Ost Gebungen aus dem Dorfe Bugarten, am 5. Januar 1349.

Nouerint vniuersi, tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Bauarie et Karinthie Dux sacrique Romani imperii Archicamerarius, obligauimus et exposuimus presentibus etiam locamus strenuo militi Betkino de Ost, fideli nostro dilecto, precariam denariorum frumenti et carniū uille Wugarden, nec non cum singulis pertinentiis, nobis in eadem uilla uacantibus ad premissa, pro trecentis marcis argenti Brandenburgensis et ponderis, quas pro nostris sumptibus et vsibus nostri nomine exposuit et adhuc exponere secundum iustam rationem debeat, tam diu tollendam et percipiendam, quousque sibi aut suis heredibus de predictis trecentis marcis satisfecerimus integraliter et complete. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes uero huius sunt strenui uiri Ludewicus de Wedel, Albertus de Wolffstein, Hasso de Falkenburg, Tidericus Brederlo, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Frankford, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, feria secunda in uigilia Epiphanie eiusdem.

Nach einer Abschrift in der von Dreger'schen handschriftl. Sammlung.

XXIII. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto verschreiben dem Dobergast von der Ost zum Ritterlehne und dessen Vater Betkin eine Gebung aus Blumberg, am 7. April (1350?).

Domini ambo contulerunt Dobergast de osth, militi, ad miliciam suam et Betkino, patri suo, et ipsorum heredibus XIII frusta annuorum reddituum, sita in precaria uille blumberch in merica massin, perpetue possidenda iusto pheidu titulo, eo iure, quo dominus habuit. In cuius etc. Testes Bombrecht, Nimicus de Hele, Hager, Lengfeld. Datum Frankford, feria III post quassimodogeniti.

Aus Sachwiz'scher Abschrift. Das Jahr der Ausstellung fehlt.